



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Radbodvs Ep. 29. Novembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

S. RADBODVS EP. 29. Novembri.

**V**itas Divorum RADBODVS speculum suum dicere est solitus. In hoc dum oculos suos defixit, alterum nobis speculum vitam ecce suam dedit. Pietatem in Caroli & Ludovici Imperatorum aulâ edocitus est, ipsissimâ virtutis tunc scholâ. Hæc clienti suo insulam Trajectensem peperit, dignissimo omnium calcilis, præterquam suo. Submittente tamen eandem ad pauperum pedes, quos quotidie abluebat, non dubitavit, utque oculos & suos & aliorum falleret, ex auro quidem biberit, sed aquam; quam cum libare vellet non nemo, in merum vertit RADBODVS, itaque cavit ne pessimus pocillator gloriola venenum suum virtuti affundere. Iam Danos, cum dicenti ad concionem obstreperent, diris devovit, quas illico senferunt peste abrepti. Deinum mortem sibi, alteri insulam suam vaticinatus, inter preces, quibus fere vitam duxit, absolvit vitam, in opem præcipue D. Martinum vocans, qui morienti adfuisse non vanis argumentis creditur. Illud indubium, ad decumbentem virginum Reginam SS. hinc Theclâ, illinc Agnete stipatam venisse, eam ob causam, uti ipsa ajebat, quod in precibus suis RADBODVS nunquam non memor VIRGINIS fuisset.

30. NOV. *Vitæ Sanctorum.* 655  
fuisse. Et verò qui matris oblivisci filius posset? certe oblivisci filiorum.  
Mater hæc non potest. Ex Surio.

S. ANDREAS AP. 30. Novembris.

ANDREAM, quo D. Petrus germano  
gaudebat, tradūt omnium primum  
Christi scholæ nomen dedisse; arcano-  
rum Magistri inter paucos omnium  
conscium, quam hauserat doctrinam,  
ab ejus morte Scythia primum, mox  
Epiro & Thraciæ, tum Achajæ etiam  
intulisse; hic contra Procos. Ægeam,  
crucis acerrimum inimicum, fortiter  
rem gessisse; ab hoc ad impia sacrificia  
invitatum id respondisse: nobilis  
sibi sacrinum, idque quotidianum  
esse & incruentum; Agnum illum  
omnis maculae expertem, & qui, post  
quam ejus carne sanguineque omnes  
Christiani vixissent, non minus tamen  
etiam ipse integer viveret; sub hæc in  
vincula conjectum esse, eximendum  
facile, nisi manus ipse Christianis, pre-  
cibus suis, vinxisset; Protractum inde,  
ne supra magistrum primus etiam dis-  
cipulus esset, virginis cæsum, ad crucem  
raptatum esse; hanc procul conspecti  
amicissimè salutasse, ad hanc velut ad  
exoptatam vitæ metam properasse,  
hanc velut expeditū senio suo scipione  
amplexatum esse, velut nobilissimum  
saggestum cupidissimè ascendisse, ab

T t 4

eā